

LV. *Vallis Athesis supra Tridentum.*

Tituli prodierunt ex his locis perpauci ad Nals Partschins Mals, quorum locorum nomina antiqua ignorantur. Statio publicanorum inter Italiam et Illyricum videtur fuisse prope Partschins. Sevir Augustalis tituli Nalsensis n. 5085 videtur honore eo usus esse Tridenti.

5085 in arce Schwanburg comitum de Trapp pagi Nals septimo a Bulsano lapide ROSCHM.

T . F . I  
M · BETVLIVS  
M · LIB  
FIRMINVS  
VI · VIR · AVG

Roschmann vidit a. 1734. Inde ipse posuit in ms. Botzen n. 4 et dedit Maffeo M. V. 454, 4 (inde Donat. 247, 8); citat Veld. p. 124.

Supra fractam dedi ex coni. — 2 BETVTIVS Maff., ex emendatione opinor.

5087 in arce Schwanburg prope Nals in turri.

I . . . . .  
INON . . . . .  
MIN . . . . .  
ON . . . . .  
OVI . . . . .  
C . . . . .  
. . . . .  
. . . . . O

Roschmann in itinerario ms. (cod. bibl. Dipaul. n. 177).

5088 columnae parvae pars, rep. Nals.

V I C

Flavianus Orgler in progr. gymn. Botzensis a. 1870/1 p. 22.

5089 Stein prope Partschins ANN. Partschins im Hochhuebenhof GIOV. In pagi Tirol ecclesia parochiali JAEGER.

D M  
Q · CAECILI  
EVTROPI  
M · VLPIVS PRI  
MIGENIVS  
FILIO  
V · A · XXI · M · XI

P. A. F. (ms. bibl. Dipaul. tom. 980) delineavit; *Intelligenzblatt der Annalen der Litteratur und Kunst in den Oesterr. Staaten* a. 1804 m. Mart. p. 74; Giovanelli ara Diana p. 157; Jaeger de- dit descriptam ab Iosepho Ladurner.

2 CAECILI Jaeger. — 4. 5 TRIMICENIVS Ann. — 6. JILIO Ann. — 7 xx pro XXI Jaeger.

5086 in arce Schwanburg pagi Nals in impluvio prope scalas.

Roschmann itin.:	Roschmann syll.:	Sperges:
L · T · SI . . . . . HINVS	L S T / N V S	L T S / / N V S
S III . . . . . OR	S N R	S I B I E T S O R
N I . . . . . X O	.	N I . . . . .
.	.	.
.	.	.
.	.	.
T · F · I	T F I	T · F · I

3 I, 7 T · F · T Sperges Roschmanni.

Roschmann vidit 13 Oct. 1734 posuitque et in itinerario (bibl. Dipaul. cod. 177 nunc 1167) et in sylloge (bibl. Dipaul. cod. 459); Sperges apud Roschmannum in syll. mai. (Botzen n. 5) et apud Cresserium ms.

5090 basis cui statua imposita fuit. — Ara erecta in valle Cyll, nunc autem in castrum Knillenberg translata ibidemque reerecta LACHEMAJR 1696. In dem Cillthal ober Partschins ROSCHMANN cod. 459. Intellegitur vallis ad rivum Ziel qui prope Partschins influit in Athesim. Temere Roschmannus in editione pro ‘in dem Cillthal’ substituit ‘auf der Tell bei Mays und Meran’, de telonio cogitans: ‘ich habe nahmhaft Briefschaffen von etlichen saeculis gesehen, dass der Enden die vornehmste Zoll-Statt gewesen, wie sie es noch ist, und die Lage sammt den Nahmens-Ueberbleibseln gibt es, dass es auch schon bey denen Römern also hätte sein können’. Item Giovanellius: ‘ein Cyll, inquit, ist weit und breit nicht zu finden; an das Zillerthal kann man seiner grossen Entfernung wegen nicht denken’ substituitque adeo Töll pro Cyll conjectura. Knillenberg ‘Freih. Flugisches Schloss’ curtis est eius nominis in vico Ober-Mais prope Meran. Eius dominus aram dedit Roschmanno, unde venit Innspruckum in bibliothecam publicam. Inde nuper transiit in Ferdinandaeum.

I N · H · D · D ·	
S A N C T · D I A C	
N A E · A R A M ·	
urceus C V M · S I G N O · &	patera
5 T E T V S · A V G G	
NN · L I B · P P · S T A T · M	
I E N S · X X X X · G A L L · B	
D I C · I D · A V G · P R A E S E N T · C O S	aut 217 aut 246

Contuli. Primus de hoc titulo disseruit Franc. Lachemajr in commentario scripto a. 1696 (ms. bibl. Dipauliana tom. 424). Ex eo commentario quamquam ait se plures lapidem vidisse, tamen pendet tacito nomine auctoris Roschmannus, qui habet in ms. cod. Dipaul. 459 ediditque *Leben Valentini* (1746) p. 62, 64 (inde Maffei M. V. 454, 6; Orelli 3343). Postea demum descripsit ipse misitque delineatam Hagenbuchio a. 1757 (epp. Hagenbuch. bibl. Turic. ms. n. 94). Excepérunt item ex lapide Ioh. Strangius (inde Donat. 65, 1); Siauve, qui vidit a. 1809, optime (*lettera sopra l'iscr. del console Muciano Veronae* 1811 p. 6 cf. p. 58; de antiquis Norici viis 1812 p. IV; *Mitth. der hist. Ges. für Krain* 1848 p. 90); Giovanelli (a. 1807 misit Marinio; über die in der k. k. Bibliothek zu Innsbruck befindliche ara Diana. Botzen 1824. 8.).

Lectio certa est, nisi quod 6 extr. linea transversa quae a litteram indicat non satis appetet. — 8 P R A E S E N T E · I · C O S Lachemajr et Roschm. ed. male. — Lego: ‘In h(onorem) d(omus) d(ivinae) sanctissimae Diana aram cum signo Aetetus Aug(ustorum) n(ostrorum) lib(ertus) p(rae)p(ositus) stat(ionis) Maiens(is quadragesimae) Gall(iarum) dedic(avit) id. Aug. Praesent(e) cos. — Maiensis statio nullo modo potest fuisse ad Mais prope Meranum, medio aevo castrum Maiense, nam statio vectigalis Galliarum quomodo collocari potuit prope Meranum? Immo docui vol. III p. 707 significari stationem Maiae inter Curiam et Brigantium et sic titulum accipendum esse Aetetum vovisse aram, cum praeesset stationi publici Illyrici vallis Athesinae, dedicasse inde abeuntem destinatum regendae stationi publici Galliarum Maiensi. — Consules ordinarios Praesentes habemus quinque a. 139. 153. 180. 217. 246, ex quibus cum de tribus primis cogitari non possit (nam a. 139. 153 nulli fuerunt duo Augusti nec magis id. Aug. a. 180), restant consules Praesens cum Extricato II a. 217, cum regnabat Macrinus cum filio Caesare (ad quem annum revocavit titulum Marinius Arv. p. 660 n. 22) et Praesens cum Albino a. 246, cum regnabant Philippi pater Augustus, Caesar filius.